



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo aliter vinum ab aqua separare possimus. Cap. IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

ēum inferiori, ne aer intercedat. Sed quia interdum evenire solet, ut pilā superior, postquam omne vinū haurierit, nec replebit suam capacitatem, & nō aquam ē vi- no separare voluerimus, pilam manibus capiendo ob- voluamus, vt os cœlum aspiciat, tunc illico vinum re- uoluetur, & veniet in superiorem partem, quod penicil- lo contacto, totum foras euocatur. Tu sedulus inspici- to, quum vinum hausisse vides, amoue penicillum, & remanet aqua putā.

*Quomodo aliter vinum ab aqua separare possumus.*

C A P. IV.

**N**os idem p̄estabimus alio modo, non levitate & grauitate, vt diximus, sed tenuitate, & densitate: nam aqua humorū omnium subtilissima est, quia simplex est, vinū autem quām coloratum sit, & color ex mistione elementorum, corpulentum magis est. Ut igitur vinū ab aqua separemus, māteriam habeāmus paratam oportet foraminulētam, ex qua formemus vas, in quod vinū cum aquā iniectum foras extillet: nam aqua foras elabitur per poros māteriei, quod per- sisto, & corpulentō reseratur. Et si ligna multa esse pos- sunt, hēdera optima erit, quia porosa, multisq; interpa- tet rīmulis: vnde si ex eo cysibium paratum habeas, id est, vas hederaceo ligno tornetur, scilicet viridi, & in eo vinū aqua mixtum iniicias, aqua breui tempore foras extillabit: quod contrārium antiquos omnes, & re- centiores sensisse video, cui tum ratio, tum experientia reclamat. Ait enim Cato. Si volueris scire vtrum vina aqua addita sit, nec n̄e, vasculum facito de materia he- deracea, vinū, quod putabis aquam habere, codere mitto, si habebit aquam, vinū effluet, aqua rema- nebbit: nam non continet vinū vas hederaceum. Et Plinius ab eo. Hedera mira proditur natura ad expe- rienda vina. Si vas siat ex ligno hederae, vina transflue- re, ac remanere aquam, si qua fuerit mixta. Vnde dupli- ci éflore vterque notandus erit, quod dicat ex hederae vi mira prouenire, quām omne lignum foraminulen- tum id facere possit. Pr̄terea dicit vinū foras efflu- e

Rr

re, & aquam remanere, quod contrarium evenit. Sed melius, & probabilius Democritus sensit, qui non vase hederaceo v̄sus est: Sed quodam foraminuento. In ol- lam, inquit, nouam, nondum imbutam infundunt, & per biduum suspendunt, percolabit enim olla, si aqua fuerit admista. Ad idem opus alio artificio v̄sus est De-mocritus. Quidā spongia noua, oleo imbuta osculum vasis obturant, & inclinant, & effluere sinunt, si aquam habet, sola effluit aqua. Quo etiam experimento in o- leo vtitur. Spongia enim foraminosa est, & satis aperta, & oleo imbuta, impedit, ne liquor foras extillet tam fa- cile. Africanus aliud addit. Alumen liquidum in do- lium vini mittito, deinde spongia oleo imbuta oscu- lum obtura, & inclinato, effluere sinito, sola enim aqua effluet. Alumen enim constringit liquores, vt modice permeent.

*Corpus leue grani immistum alio modo separare.*

C A P. V.

Possymus & alio artificio leue à graui separare; vel vinum ab aqua, vel alio modo. Fiat lineum pe- nicillū, vel ex gossipio, & dolio immerge, quod aquam, & vinum remistum habeat, & penicillum extra liquo- rem supernatet, & ascendat supra, deinde cadat pendu- lum extra vas, leuior enim liquor ascendet per penicil- lum, & foras extillabit. Sed vbi leuius ascendit, atrahet quoq; graue. Ob id vbi color immutari videtur, amoue vas; nam profluet aqua. Clarum est enim, quod quem vinum sit leuius, semper in superiorē vasis partem a- scendet, & per penicillum effluere, & si omnes contrarium dicant, foras enim penicillo aquam efflu- re, & intus vinum remanere.

*Quomodo in gr. u. leu., aut in leu. graue admist. immis.*

C A P. VI.

Possymus & in graui, si leue admistum sit, vel si in leui graue interiectum sit, facile cognoscere: & mo- dum huac exponemus ex libro Archimedis de insiden- tibus aquæ: cuius causa est, quod si lignum, lapis me- tallum